possibili equipollent verbo similiter se habent. et modo dissimiliter. De necessario et in possibili e contra et de possibili et necessario utroque modo se habentibus. Dicitur autem verbum similiter vel dissimiliter se habere quando in utroque se habet eodem modo penes affirmationem et negationem. Et simili modo dicendum est de modo. Et intelligendum est istud non de verbo quod est copula totius enunciationis. sed de verbo quod est predicatum dicti quod coniungitur suo subiecto sine negatione media vel cum negatione. **A**d obiecta in oppositu ad primum est dicendum secundum aliquos quod propositiones modales non sunt equipollentes. sed potius sese consequentes. Et ergo dicit philosophus Consequentie modalium etc. et sic idem est hic equipollentia quod consequentia. vel dicendum est quod argumentum bene probat. quod non sumitur equipollentia eodem modo in modalibus et in illis de inesse. Quia in illis de inesse predicata non sunt ampliatina. sed in modalibus predicata etiam equipollent. et ergo non oportet in modalibus equipollentes esse eorum admodum predicatorum. **A**d secundum dicunt aliqui quod duplex est ordo modalium unus generalis. et alius specialis. Generalis est qui significatur per aliquam illarum quattuor dictionum. amabimus. edentuli. aliace. purpurea. Specialis vero significatus est per quattuor regulas spectrales. quas ponit Petrus hyspanus significatas tamen per illas quattuor dictiones in quibus dicitur quod in illis de necessario sumi debet dictum contradictorium ad dictum aliorum modorum. etiam quo ad quantitates subiecti dicti. modo in propositionibus propositis non sumitur dictum contradictorium sed contrarium. si autem sumeretur contradictorium tunc equipollerent. et essent eiusdem veritatis et falsitatis. ut iste equipollent in tercio ordine. Omne animal esse hominem est impossibile. et quoddam animal non esse hominem est necesse. Si dicatur in propositionibus prioribus dictum sumitur dissimiliter. ergo ille de impossibile et necessario equipollent. Respondetur quod non sumitur dissimiliter contradictione quo ad quantitatem subiecti dicti. Et sic in illis de necessario equipollentibus alijs modis oportet sumere dictum contradictorium et hoc in terminis communibus non autem in terminis singularibus. quia ibi statim est contradictio sine

quocumque mutatio quantitatis ipsius subiecti dicti. **S**ecundum dubium. **A**n verum sit quod cuiuscumque dicto affirmato attribuitur possibile quod eadem attribuat contingens. Et videtur quod non. Quia possibile et contingens variant veritatem et falsitatem propositionum modalium. ergo non attribuitur eadem dicto in omnia modalium. Ans probatur. Quia ista est vera hominem esse animal est possibile. et tamen hec est falsa. hominem esse animal est contingens. Quia hominem esse animal est necesse. quod non est contingens. **S**olutio sic. quia licet possibile et contingens differant in modo determinandi unam compositionem. tamen in substantia determinabili. conveniunt eo quod omne quod potest esse potest non esse. **A**d obiectum in oppositu est dicendum. quod contingens accipitur dupliciter. Uno modo generaliter ut extendit se tam ad necessarium quam ad non necessarium. quod non est impossibile. et hoc modo convertitur cum possibili. et hoc modo bene sequitur. hominem esse animal est possibile. ergo est contingens. et sic accipitur in istis consequentibus modalium. Alio modo accipitur specialiter. pro illo quod nec est necessarium nec impossibile. et hoc modo diffinitur primo Priorum. hoc modo contingens est quo non erit necesse. posito tamen in eadem nullum sequitur impossibile et hoc modo distinguitur a possibili et contingenti. primo sic accepto. et hoc modo non loquitur hic de contingenti. **T**ercium dubium. **A**n possibile esse sequatur ad necesse esse. **S**olutio sic possibile dictum a potentia actu comuncta ut dictum fuerit in textu. non autem ut dicitur a potentia ab actu separata primum patet. Quia talis potentia non distat ab actu iuxta philosophum in 3o physicorum. In perpetuis non differt. id est non distat contingere ab esse. unde valde illa potentia. hominem esse animal est necesse. quod hominem esse animal est possibile. Quod enim incessans est. hoc potest esse secundum potentiam propter illi forme a qua fluat illud esse incessabile talis autem non est indifferens ad opposita. sed immobilata ad unum. **S**ecundum propter quia tale est possibile a potentia rationali que non est obligata materie. et propter hoc non obligata. ad agendum hoc vel illud. sed indifferenter potest agere hoc vel illud oppositum. et potest agere hoc et non agere hoc secundum libertatem voluntatis. et hec sunt dicta de potentia activa. **Q**uecumque autem secundum potentiam passivam possible sunt illa ad utrumque oppositorum se habent sicut est in generabilibus et corruptibilibus. Et tale ut dictum est non sequitur ad necesse. quod hoc ut in textu dictum fuit etiam est possibile non esse. et ita



## Secundus

tur tempore. Solutio sic. Quia natura fm. p. de forma que est terminus generationis et actus completius suppositi. ergo sequitur fm generationis ordinem cum in talibus distet potentia ab actu. precedit tamen sicut perfectum imperfectum et sicut datis esse. et illud quod recipit esse.

**U**trum autem contraria est affirmatio negationi. et oratio orationi que dicit quoniam omnis homo iustus est. ei que est nullus homo iustus est. aut omnis homo iniustus est. ei que est. omnis homo iniustus est. Callias iustus est. callias iniustus est. que harum contraria est. nam si ea que sunt in voce. sequuntur ea que sunt in anima. illic autem contraria est opinio contrarij. ut omnis homo iustus est. ei que est omnis homo iniustus est. et in his que sunt in voce affirmationibus necesse est similiter se habere. quod si neque illic contrarij opinio contraria est. nec affirmatio affirmationi contraria erit. sed ea que dicta est negatio. quare considerandum est cui opinio vera false opinioni contraria est. utrum negationi an certe ei que contrarium opinatur. Bico autem hoc modo est quedam opinio vera boni quoniam bonum est. alia vero quoniam non bonum est falsa. alia vero falsa quoniam malum est que harum contraria est vere et si est una fm quam contraria est. nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri in eo quod contrariorum sunt. falsum est. boni enim quoniam bonum est et mali quoniam malum est eadem fortasse opinio est et vera. siue plures fuit siue una. sunt autem ista contraria. sed non in eo quod contrariorum sunt. sed magis in eo quod contrarie. si ergo boni quoniam bonum est

opinatio est. est autem quoniam non bonum est. est vero quoniam aliquid aliud quod non est neque potest esse aliarum quidem nulla ponenda est neque quecumque esse quod non est opinatur. neque quecumque non esse quod est. infinita enim utraque sunt et quecumque opinantur esse quod non est. et que non esse quod est. sed in quibus fallacia est. hec autem est ex his ex quibus sunt et generationes. ex oppositis vero generationes. quare etiam fallacia. si ergo quod bonum est. et bonum est. et malum non est. et hoc quidem fm se. illud vero fm accidens. accidit enim ei malum non esse. Magis autem in unoquoque est vera que fm se est et etiam fallacia. siquidem et vera. ergo ea que est quoniam non est bonum. quod bonum fm se consistens falsa est. Illa vero que est quoniam malum est secundum accidens. quare magis erit falsa de bono ea que est negationis opinio. quam ea que est contrarij. falsus autem est magis circa singula qui habet contrariam opinionem. Contraria enim sunt que plurimum circa idem differunt quod si harum contraria est altera magis vero contraria contradictionis manifestum est quoniam hic erit contraria. illa vero que est que est quoniam malum est quod bonum est implicita est. et enim quoniam non bonum est necesse est idem ipsum opinari. his ergo ita positus quoniam contrarij opinio non est simplex. simplex vero est negationis. necesse est ut contra simplicem opinionem simplex potius videatur esse contraria. Est autem simplex opinio boni quoniam bonum est vera. simplex vero boni quoniam malum est non est falsa. simplici

ergo opinioni de bono quoniam bonum est. simplex erit opinio contraria negationis scilicet que est boni quoniam non est bonum. Amplius si etiam in alijs similiter oportet se habere. et hoc videtur bene esse dictum aut enim ubique. ea que est contradictionis. aut nusquam. quibus vero non est contrarium. de his est quidem falsa ea que est vere opposita. ut qui hominem non putat hominem. falsus est. si ergo hec contrarie sunt. et alie que sunt contradictiones. amplius autem similiter se habet boni quoniam bonum est. et non boni quoniam non bonum est. et super per has boni quoniam non bonum est. et non boni quoniam bonum est. illi ergo que est non boni quoniam non bonum est. vere opinioni que est contraria. non enim ea que dicit quoniam malum. simul enim aliquando erunt vere. nunquam autem vera vere contraria est. Est enim quoddam non bonum malum. quare contingit simul esse veras. At vero nec illa que est non malum. simul enim et hec erunt. relinquatur ergo ei que est non boni quoniam non est bonum. contraria ea que est non boni quoniam bonum est. quare et ei que est boni quoniam bonum est. ea que est boni quoniam non est bonum. Manifestum est ergo quoniam nihil interest nec si vniuersaliter ponamus affirmationem. huic vniuersali negationi erit contraria. ut opinioni que opinatur quoniam omne quod est bonum bonum est. ea que est quoniam nihil eorum que bona sunt bonum est. nam ea que est boni quoniam bonum est. si vniuersaliter sit bonum. eadem est ei que opinatur quicquid bonum est quoniam bonum est. similiter autem et in

non bono. Quare si in opinione sic se habet sunt autem hec que sunt in voce affirmationes et negationes note eorum que sunt in anima. manifestum est quoniam etiam affirmationi contraria quidem negatio est circa idem. vniuersalis ut ei que est quoniam omne bonum bonum est. vel quoniam omnis homo bonus est ea que est quoniam nullum vel nullus. contradictorie autem ut non omnis aut non omne. Manifestum est autem quoniam et veram vere non contingit esse contrariam. nec oppositionem nec contradictionem. Contraria enim sunt que circa idem opposita sunt. circa idem autem contingit verum dicere eundem. simul autem eidem non contingit inesse contraria.

**Explicit textus De hermenias.**  
Tunc ibi circa prima particulam textus.  
Utrum autem contraria est affirmatio et negatio.  
Iste est vltimus tractatus huius secundi in quo Philosophus incidentaliter mouet vnam dubitationem. Et diuiditur in duo primo facit hoc. secundo soluit eam ibi. Nam si ea. prima in duo. primo exemplificat de dubitatione posita in terminis vniuersalibus. secundo exemplificat in terminis singularibus. secunda ibi Callias iustus est. Quo ad primam mouet talem dubitationem. vtrum affirmatio contrarietur negationi de contrario modo enunciandi vel que est de contrario extremo id est vtrum iste due sunt contrarie. Dis hoc est iustus. et nullus hoc est iustus que sunt de contrario modo enunciandi. vel vtrum iste due sunt contrarie. Omnis homo est iustus. omnis homo est iniustus que sunt de contrarijs extremis. Et idem dubium est in singularibus an scilicet iste due sunt contrarie callias est iustus. callias non est iustus. vel iste due callias est iustus. callias est iniustus. que differunt penes contraria predicata.  
Tunc ibi. Nam si ea que sunt. Ista est secunda pars principalis istius capituli. in quo Philosophus soluit dubitationem motam. Et diuiditur in duo. primo soluit eam conditio  
ff .iij.

cionaliter. secundo soluit eam determinate. se-  
 cunda ibi **N**am arbitrari. prima diuiditur in  
 tres partes. primo facit quod dictum est. secdo  
 ostendit quid sit considerandū quod ualet ad ve-  
 ram solutionem questionis. tercio exponit di-  
 cta sua. scda ibi **Q**uare considerandum est. ter-  
 cia ibi **D**uo autem. **Q**uo ad primū dicit. si h-  
 vez est q̄ ea que sūt in voce sequuntur ea que  
 sunt in anima. id est q̄ contrarietas que est in  
 voce. sequatur eam que est in anima. i. q̄ suma-  
 tur fin contrarietatez conceptuā contrarietas  
 enunciationum. tunc si in opinionibus sic est.  
 q̄ illa opinio que est de contrario extremo est cō-  
 traria vere opinioni affirmatiue. tunc etiam sic  
 debet esse in vocibus. q̄ propositio de contrario  
 extremo. sit contraria affirmationi. si autem sic  
 non est in opiniobus scilicet q̄ opinio de cōtra-  
 rio extremo sit contraria vere opinioni. s. affir-  
 matiue. tunc etiam sic debet esse in vocibus q̄  
 propositio de contratio extremo non erit cōtra-  
 ria affirmationi. sed magis ipa negatio. seu ipa  
 que dicit idem predicatum contrario modo de  
 eodem subiecto. **C**onsiderandum igitur est cui  
 opinioni false contrariatur illa opinio que est  
 vera. vtrum negationi. i. illi que est de cōtrario  
 modo enunciandi. an ei que opinatur contrari-  
 um. id est que est de contrario extremo. **E**t sub-  
 dit dico. id est dictum meum expono hoc mo-  
 do. **Q**uod quedam est opinio vera boni. quoniam  
 bonum est. id est que opinatur sic bonum ē bo-  
 num. **A**lia autem est falsa boni quoniam non  
 bonum est. id est que opinatur. sic bonum non  
 est bonum. et etiam alia est falsa que opinatur  
 sic bonum est malum. ergo est dubitatio que il-  
 larum est contraria vere opinioni. sic est q̄ ha-  
 bet vnam sibi contrariam.

**T**unc ibi **N**am arbitrari. **H**ic ph̄s  
 determinat illam questionem. **E**t diuiditur in  
 duo. primo facit quod dictum est. secundo il-  
 lud quod dixit de opinionibus applicat ad vo-  
 ces. secunda ibi. **S**unt autem. prima in duor.  
**Q**uia primo declarat q̄ opinio de contrario ex-  
 tremo. non sit contraria vē opinioni. secdo p-  
 bat q̄ opinio de contrario modo enunciandi.  
 sit contraria vere opinioni. secunda ibi. **I**n q̄-  
 bus. **P**rima iterum in duo. **Q**uia primo pro-  
 bat q̄ opinio de vtroq̄ extremo non sit contra-  
 ria vere opinioni. secdo circa hoc remouet dubi-  
 um. secunda ibi. **S**unt autem. **Q**uo ad primū

dicit q̄ arbitrari opinioniones contrarias in hoc  
 diffiniri q̄ sunt contrariorum id est de contra-  
 rijs extremis falsuz est. **E**t hoc probat sic. quia  
 ille opinioniones non sunt contrarie. que possunt  
 ambe simul esse vere sed opinio vera. et opinio  
 de vtroq̄ extremo contrario. ambe possunt esse  
 vere. igitur etc. **M**aior est nota. **Q**uia con-  
 traria siue contrarie opinioniones non debent pos-  
 se verificari. **M**inor probatur. **Q**uia ista  
 opinio est vera que opinatur. bonum est bonū.  
 et contraria de vtroq̄ est ista malum est malum  
**Q**uia contrariatur ex parte vtriusq̄ subiecti et  
 predicati primo modo ille due opinioniones non  
 possunt esse opinioniones contrarie propter hoc.  
**Q**uia vtraq̄ est vera. vt manifestum est cum  
 idēz predicetur in eis de seipō. **E**t quia aliquis  
 posset dicere q̄ ergo iste due opinioniones nullo  
 modo essent contrarie. **R**espondet **P**hiloso-  
 phus q̄ sunt contrarie. quia sunt de contrarijs  
 extremis. sed non sunt vere contrarie. sed ma-  
 gis ille opinioniones sunt vere contrarie. que de  
 vna re opinantur contrario modo. sicut illa q̄  
 opinatur bonum esse bonum. et illa que opina-  
 tur bonum non esse bonum. iste enim due enū-  
 ciationes contrario modo opinatur de bono et  
 propter hoc sunt vere contrarie.

**T**unc ibi **S**i ergo etc. **H**ic philosophus  
 probat q̄ opinio de altero extremo contrario  
 non potest esse contraria vere opinioni. **E**t di-  
 uiditur in tria. primo ostendit. q̄ opinio de cō-  
 trario modo opinandi. sit contraria vere opi-  
 nioni. secundo ponit suam conclusionem. ter-  
 cio probat eam. secunda ibi. **Q**uoniam ad ali-  
 quid. tercia ibi. **I**nfinite enim. **Q**uo ad primū  
 vult istam conclusionem. q̄ nec opinio de con-  
 trario extremo vno in qua opinatur bonum es-  
 se. qd̄ n̄ est. est cōtraria vere opinioni nec opinio de  
 contrario extremo vno in qua opinatur bonū  
 non esse quod est. **Q**uod sic ostenditur. **Q**uia  
 si aliqua illarum dicitaz opinionum esset con-  
 traria vere opinioni. sequeretur q̄ infinite opi-  
 nes essent vni opinioni contrarie. consequens  
 est falsum. sequela probatur per **P**hilosophuz  
 dicentes q̄ vtrę opinioniones sunt infinite. qd̄  
 p̄ q̄ opinio in qua opinat̄ bonū eē qd̄ nō ē. ē  
 opinio de cōtrario extremo finito. et illa p̄t eē ifinita  
 quia infinite possunt esse opinioniones i quibus  
 opinatur bonum esse aliquid quod tamen nō  
 est sicut illa in qua opinatur q̄ bonum est ma-

lum. et illa in qua opinatur quod bonum est turpe et sic de alijs. Sed illa opinio in qua opinatur bonum esse non quod est. et opinio de extremo infinito quod etiam est contraria extremo finito. sicut illa in qua opinatur bonum est non bonum. Ita enim opinio potest esse infinita. quia infinita sunt que significantur per hoc nomen non bonum. quia omne aliud a bono potest dici non bonum.

**Tunc ibi. Sed in quibus**

Dicit philosophus probat quod opinio de contrario modo opinandi sit contraria vere opinioni. Et dividitur in sex secundum quod probat hoc sex rationibus. Partes patebunt in processu. Prima in duo. Primo probat intentum. Secundo concludit. ibi Quare etiam. Quo ad primum probat conclusionem dicens. quod illa opinio debet esse alij contraria. in qua reperitur prima falsitas. quia opinio vera est primo vera. sicut illa que opinatur bonum est. ergo etiam contraria debet esse primo falsa. Sed in opinione de contrario modo enunciandi est prima falsitas. quod sic ostenditur. Quia prima falsitas est in his et quibus sunt generationes. quia generationes sunt ex oppositis secundum esse et non esse. modo illa in quibus sunt generationes significantur per propositionem. que est de contrario modo opinandi. ergo in propositionibus de contrario modo enunciandi est primo falsitas. verbi gratia. illa opinio que opinatur bonum est bonum significat esse boni. et illa que opinatur bonum non est bonum. significat non esse boni.

**Tunc ibi. Si ergo quod bonum.**

Dicit philosophus adducit secundam rationem. Et dividitur in quatuor. quia primo probat minorem. Secundo probat maiorem. Tercio ponit minorem. Quarto conclusionem. Secunda ibi. Magis autem. Tercia ibi. Ergo ea. Quarta ibi. Quare magis. Quo ad primam dicit philosophus sic. illa opinio que est falsa secundum se magis est contraria vere opinioni. quam opinio que est falsa secundum accidens. sed opinio de contrario modo opinandi est falsa secundum se. et opinio de contrario extremo est falsa secundum accidens. igitur etc. Quare autem opinio de contrario

modo enunciandi sit falsa secundum se. probat philosophus sic. quia ista est vera secundum se. bonum est bonum. ergo ista est falsa per se bonum non est bonum. quia si affirmatio alicuius predicati de aliquo subiecto est vera per se tunc negatio eiusdem de eodem erit falsa per se. et sic est probata prima pars. Secunda pars minoris patet. quia ista est vera per accidens que dicit bonum non est malum. ergo ista est falsa per accidens que dicit bonum est malum. Quia quodcumque negatio alicuius predicati de aliquo subiecto erit vera per accidens. tunc affirmatio eiusdem de eodem erit falsa per accidens. Quare autem ista sit vera per accidens. bonum non est malum. probat philosophus Quia accidit bono quod non sit malum sed non accidit bono quod sit bonum. ergo hec est per se vera. bonum est. et hec bonum non est malum. per accidens est vera. Concludit ergo dicens quod ea opinio que est negationis. id est de contrario modo opinandi. magis est falsa de bono. id est magis est contraria opinioni vere de bono. quam ea que est contrarij. id est que est de contrario extremo.

**Tunc ibi. Contraria enim**

Dicit philosophus ponit tertiā opinionem qua probat quod opinio de contrario modo opinandi sit vere opinioni contraria. Et dividit in duo. Primo probat intentum. Secundo concludit intentum probatum. ibi Manifestum est. Quo ad primum dicit sic. illa sunt contraria que habent fieri circa idem. et que a se invicem maxime distant. sed opinio de contrario modo opinandi. et opinio vera sunt huiusmodi. Maior est nota ex diffinitione contrariorum. Minor probatur. Quia quodcumque due opinionēs sic se habent quod una implicat in reliqua et non e contra alia in alia. tunc si ille ambe distant ab una tertia. tunc illa que implicatur in alia magis distat a tertia quam illa que non implicatur. sed sic est quod opinio de contrario modo implicatur in opinione de contrario predicato et non contra. ergo magis contrariantur opinionēs de contrarijs modis enunciandi opinandi. Maior iterum probatur exemplariter. quia particula negatiua magis distat ab vniuersali affirmatiua quam ab vniuersali negatiua. et particula negatiua implicatur in vniuersali negatiua. Minor probatur exemplariter Quia ista que dicit. bonum est malum. est implicatiua istius falsitatis que dicit. bonum non est bonum.

quia malū non est bonum.

**T**unc ibi. **H**is ergo ita positis quā  
 hic philosophus adducit quartā rationem  
 pro confirmatione sue conclusionis dicens q  
 opinioni simplicia opinio simplex debet esse con  
 traria. sed opinio vera est simplex. et etiam illa  
 opinio falsa que est de contrario modo opinā  
 di est simplex. non autem illa de contrario pre  
 dicato. igitur illa de contrario modo enuncian  
 di debet esse prime contraria. **N** autem opinio  
 de contrario extremo nō est simplex probatur.  
 Quia illa implicat eam que est de contrario mo  
 do opinandi. et non e conuerso. ut dictum est in  
 precedenti ratione. **N** autem opinio de con  
 trario modo opinādi est simplex. quia opinio  
 vera boni. quoniam bonuz est simplex. ergo fal  
 sa que est boni. quoniam non est bonum. quia  
 opiniones tales fiunt in eisdem terminis et  
 go tales sunt prime contrarie.

**T**unc ibi. **A**mplius si etiam  
 hic adducit philosophus quintam rationem  
 probantem **N** opinio de contrario modo opi  
 nandi sit contraria vere opinioni dicens sicut  
 est in substantiis. sic debet esse in accidentibus.  
 sed in substantiis sic est q opinio de contrario  
 modo opinandi est contraria vere opinioni. et  
 go sic debet esse suo modo scz in accidentibus.  
**M**aiorem probat. quia opinio de contrario  
 modo opinandi aut nullibi est contraria vere  
 opinioni. puta nec in substantiis. et in accidē  
 tibus. aut ubiqz est contraria opinioni vere.  
 puta taz in substantiis qz in accidentibus. qz  
 est passio communis que equaliter videtur se  
 habere in omnibus. **M**inor probatur. quia  
 substantie nihil est contrarium. ergo non po  
 test ibi sumi oppositio penes contraria predi  
 cata. ergo si ibi debet esse contrarietas. oportet  
 q ipsa sumatur videlicet penes contrariuz mo  
 dum enuncianti.

**T**unc ibi. **A**mplius similiter.  
 hic philosophus adducit septimam rationem.  
 qua probat q opinio de contrario modo enun  
 ciandi sit contraria vere opinioni. **E**t diuidi  
 tur in duo. **P**rimo facit hoc. **S**ecundo remo  
 uet dubium ibi. **M**anifestuz igitur. **Q**uo ad  
 primum ponit istam rationem. sicut se habet  
 ista opinio que opinatur **B**onum est bonum

ad illam que opinatur. non bonum est non  
 bonuz ad veritatē. sic se habet ista opinio que  
 opinatur bonum non est bonum ad istam nō  
 bonum est bonum ad falsitatem. **S**ed isti opi  
 nioni vere non bonum non est bonuz. non cō  
 trariatur ista. non bonum est malum. **Q**uia  
 possunt simul esse vere. ex quo aliquid est nō bo  
 num quod est malum. **C**ontraria autem non  
 possunt esse simul vera. **N**ec sibi contrariatur  
 ista. non bonum non est malum. **Q**uia etiam  
 possunt simul esse vere. ex quo est non bonum  
 quod non est malum. sicut patet de actibus in  
 differentibus. **R**elinquitur ergo q isti nō bo  
 num non est bonum contrariatur ista. non bo  
 num est bonum. ergo isti. bonuz est bonum cō  
 trariatur ista. bonum non est bonum. **Q**uia si  
 cut iste due se habent ad veritatem. bonum est  
 bonum. et nō bonum non est bonuz. ita se ha  
 bet iste due ad falsitatem. bonum non est bonū  
 et non bonuz est bonum. **U**nde pro maiori in  
 tellectu potest hic poni vna figura quadrangu  
 laris videlicet talis.

**B**onum est bonū      bonū nō est bonū

**N**on bonū est bonū      nō bonū nō est bo<sup>u</sup>

**E**t isto modo opinio de primo et secundo an  
 gulis contrariantur. **E**t similiter de tercio et quā  
 to angulis.

**T**unc ibi. **M**anifestum est ergo  
 hic philosophus remouet dubium. dicens. q  
 manifestum est q nihil interest. idest nihil re  
 fert siue differt si ponamus vniuersaliter affir  
 mationem. quia huic affirmatiue vniuersali  
 vniuersalis negatio erit contraria vt opinioni  
 que opinatur. **O**mne bonum est bonum erit  
 contraria ista opinio que opinatur nulluz bo  
 num est bonum.

**T**unc ibi. **Q**uare si in opinione.  
 hic finaliter philosophus quod dixit de opi  
 nionibus applicat ad propositiones. **E**t potest  
 diuidi in tres partes. **P**rimo facit hoc. **S**ecū  
 do quomodo sumenda est contradictio in ppa



# De hermenias

fictionibus. Tercio ostendit vnam proprietate contrariarum. Secunda ibi. Contrariarum. Tercia ibi. Manifestum est. Quo ad primū dicit. q̄ propositio de contrario modo opinandi est contraria vere propositioni. q̄ sicut est de opinionibus. sic est de propositionibus. sed opinio de contrario modo opinandi est contraria vere opinioni. ergo propositio de contrario modo enuncians est contraria vere opinioni. **Ma**ior patet in principio primi. quia voces sunt signa earum passionum que sunt in anima. et ideo manifestum est in voce q̄ negatio est contraria affirmationi. et hec affirmatio et negatio que habet fieri circa idem subiectum. cuius exemplum est ut huic affirmationi que dicit. **O**mnis bonus est bonus. vel omnis homo est bonus. contraria est ista negatio que dicit nullū bonum est bonum. vel nullus homo est bonus. **P**ostea ostendit quomodo sumenda est contra dictio dicens. q̄ contradictoria sunt propositiones ut non omnis. vel non omne. i. ista que dicit **N**on omnis homo est bonus. contradictoria est huic que dicit. **O**mnis homo est bonus. et ista que dicit. **N**on omne bonum est bonum. est contradictoria istius que dicit **O**mnis bonum est bonum. **I**n fine vero concludit. q̄ recte sicut contraria realiter non sunt simul in eodē. sic contraria complexa non sunt simul vera.

**C**irca predicta sunt dubia. **P**rimus est **Q**uare philosophus inducit hanc dubitationem de modo sumendi oppositionem enunciationum. **S**olutio. quia consequentia enunciationum secundum oppositionem variatur. sicut superius dictum fuit. **O**ppositio autem secundum aliquos sumitur in rebus oppositis sicut bonum et malum et iustum et iniustum. albi et nigrum. secundum alios vero sumitur secundum contrarios modos enunciationum. **O**portet ergo querere hic qualiter sit sumenda ne ignorata ipsa error fiat in consequentijs. **Q**uia tam in enunciationibus de absoluta iheretia quam modificata determinata est veritas. penes contrarium modum enunciationum. quasi presupponendum sit hoc modo contrarietate esse sumendam. et ergo philosophus inquit hoc disputatue in hoc finali tractatu. **A**lij dicunt. q̄ sufficienter hoc habitum est superius in diversis locis. et q̄ iste textus finalis non est philosophi sed translatoris qui ipsum apposuit pro declaratione multorum dubiorum.

**S**ecundū dubium. **Q**uō accipit philosophus hic contrarietates quā dicit oppositio ne sumenda penes contrarium modum enunciationum. **S**olutio generaliter ut extendit se ad omnem speciem oppositōis quod manifeste patet ex exemplis suis quibus explicat tam in indistinctis quam in universalibus. sicut patet clare de currenti textum usque in finem.

**T**ercium dubium est. **A**n contrarietas sumenda sit penes contrarium modum enunciationum et non penes contraria predicata. **E**t videtur primo q̄ nō. **Q**uia ea que sunt in voce sunt signa eorum que sunt in anima. sed ea que sunt in anima causantur a rebus ad extra. ergo opinionēs anime que sunt de rebus contrarijs crunt contrarie. et per consequens non est sumenda contrarietas penes contrarium modum enunciationum. **H**oc ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. ergo repugnantia enunciationum magis tenet se ex parte rerum enunciationum quam modorum enunciationum. **T**ercio quandoquā aliqua propositio vera opponitur duabus falsis quarū vna continet aliam et non econverso magis opponitur continenti quam contente. sed propositio falsa de contrario predicato continet propositio nē falsam de contrario modo enunciationum. et non econtra. igitur etc. **M**inor probatur. quia ista. **o**mnis homo est niger. continet istā. **n**ullus homo est albus. et non econtra. et utraque istarū opponitur huic. **o**mnis homo est albus. ergo ista omnis homo est niger. que est de contrario predicato magis sibi opponitur quam illa. **n**ullus homo est albus. que est de contrario modo enunciationum.

**Q**uarto iste secundum philosophum superius in principio istius scđi contrariantur. **o**mnis homo est iustus. **o**mnis homo est iniustus. et tamen non sunt de contrario modo enunciationum. sed de contrarijs predicatis. **Q**uinto scđa ratio quā probat philosophus suā conclusionē est falsa. ergo videtur conclusio falsa. **A**n̄s probatur. quia in secunda ratione dictum est q̄ opinioniones que sunt de contrarijs predicatis non sunt primo vere vel false. sed hoc videtur falsum. quia illa opinio vel illa enunciatio in qua negatur oppositum de opposito est primo vera. ergo ista bonum non est malum erit primo vera. **I**dem est contra philosophum in textu. **S**olutio sicut philosophus probavit in textu multis rationibus. **A**d obiecta in oppositum. **A**d primū est dicendum. q̄ licet ea que sunt in anima causentur a rebus non tamen habent eandem modum eandem in anima



sicut in rebus ad extra. ergo non oportet qd opi-  
niones de rebus contrariis sint contrarie.

**A**d secundum dicitur dicendum. qd veri-  
tas et falsitas causantur originaliter a rebus. no-  
tamen sunt formaliter in eis. sed in concepti-  
bus complexis. ideo debet dici enunciations  
vere vel false. fm veritatem vel falsitatem con-  
ceptuum. et similiter contrarie fm contrarieta-  
tem conceptuum.

**A**d tertium negatur maior. quia iste dicitur nul-  
lus homo est albus. et quidam homo non est  
albus opponuntur isti. Omnis homo est al-  
bus. et ista nullus homo est albus continet ista  
Quidam homo non est albus. que tamen ma-  
gis opponitur affirmatiue qm illa. Nullus ho-  
mo est albus cuz sibi contradicat. alia vero co-  
trarietur.

**A**d quartum dicendum qd licet tales enuncia-  
tiones sunt contrarie implicatiue siue virtua-  
liter. quia vna infert contrarium alterius. for-  
maliter tamen non sunt contrarie. quia talis  
contrarietas causatur p negationem preceden-  
tem copula quod no fit hic.

**A**d quintum dicendum. qd aliqua propositio  
dupliciter potest dici primo vera. Uno modo  
quia ipsa est immediata. ita qd per aliam no po-  
test probari. ita qd predicatum sit de diffinitio-  
ne subiecti. si sit affirmatiua vel si sit negatiua.  
neutrum extremorum fit in aliquo toto in quo  
non est alteru. et hoc modo propositio in qua  
oppositum de opposito predicatur sibi contra-  
rie est primo vera. Alio modo dicitur propositio  
vel opinio primo vera. quia non habet ali-  
quam priorem se gratia cuius verificatur. et sic  
propositio vel opinio in qua oppositum pre-  
dicatur de opposito negatiue non est primo ve-  
ra. Quia quilibet talis presupponit vnam af-  
firmatiuam priorem se. et hoc modo ista bonu  
non est malum non est primo vera. sed h3 affir-  
matioes prioru istam scz bonu est bonu.

**Q**uartum dubiu est **A**n generatoes  
primo fiant in terminis qui differunt p affir-  
mationem et negationem cuz tamen in aliqui-  
bus sit generatio contrarij et contrario. que am-  
bo sunt positua. Solucio sic. quia licet gene-  
ratio fiat quadoqz ex contrario hoc est per acci-  
dens. Album enim non fit ex nigro. nisi quia  
nigrum est non albus. Et hoc est ex eo. quia ge-  
neratio est ex priuatione. priuatio autem p ne-

gationes enunciat. Ex quo patet quomodo  
simile est in generatione rationis que est veri-  
tatis apud intellectum. sicut in generatione en-  
tis apud naturas. sicut enim ex oppositis p af-  
firmatioes et negationem sunt generationes et  
corruptiones scilicet entitas et non entitas. ita  
in ratioe veritas et falsitas. et sic oppositio que  
est contrariorum predicatorum est secundaria  
et accidit p illam que est inter contrarios mo-  
dos enunciandi. seu inter affirmationem et ne-  
gationem. quomodo malum negatur de bono.  
quia malum non est bonum. et bonum est bo-  
num. In vnoquoqz autem genere illud quod  
fm se est verum magis est veruz qm illud quod  
est verum fm accidens. Ergo contradicto-  
ria et contraria formaliter et per se primo oppo-  
nuntur fm modos enunciandi contrarios.

**U**ltimum dubium **A**n verum sit  
quod dicit philosophus concludendo in tex-  
tu qd contrarie non possunt simul esse sicut in-  
complexa contraria non possunt simul eadem  
inesse. Et videtur qd non. Quia subcontrarie  
sunt contrarie in proposito vt patuit in secun-  
do dubio. et possunt esse simul vere. vt manife-  
stum est. Solucio sic. quia philosophus in fi-  
ne textus loquitur de contrariis proprie vt fa-  
ciunt oppositionem distinctam a singulis alijs  
speciebus oppositionis. licet in toto textu pre-  
cedenti accipiat eam generaliter. Alij dicunt  
qd contrarietas extendit se tantum ad oppositi-  
onem contrariam et contradictoriam. quia sub-  
contrarie non sunt simpliciter opposite. et hoc  
modo exemplum textus in quo exemplificat  
de indiffinitis tamqz contrariis debet intelligi  
de eis que sunt in materia naturali. in qua in-  
diffinite propositiones etiam repugnant et le-  
gem habent contradictionis.

**C**ommentum libri per hermeneias Aresto-  
telis similiter et aliorum librorum veteris ar-  
tis studioso ex diuersis doctorum dictis maxi-  
me ex scriptis venerabilis domini Alberti doc-  
toris magni summi philosophi pariter et theo-  
logi profundissimi. in alma ac florentissima  
vniuersitate Coloniensi p famosuz viru She-  
rardū harderwiche de rota artiu magistrum. et  
sacre theologie licentiatu actu in eadem regen-  
te. Finit feliciter. Anno MD cccc lxxvi.

*in dubio...*  
*quod dicitur...*  
*et sic patet...*

*Canon...*

*in fine...*

**Ad** p̄dilecti filie. et si iūstū et sanctū est. quod penit̄ a p̄t̄.  
p̄t̄. t̄r̄ negat̄ etas; prohibet̄ insuſſicientia h̄ ingent̄  
charitas. **S**up̄t̄ oculi palpat̄es in tenebris; horret̄ natu  
re phisicūsi monstrans manus peragere inuentū. **H**orat̄  
tamē s̄p̄ charitas adoe ne parat̄ laboei. unde t̄r̄ colliḡ  
ſuctus; quē nō putare in vobis q̄ ſcriptur̄e de d̄n̄i volūate  
melius eſſe dote; ut blandimentū aliquid facere. **H**at  
berant̄; niſi ad aliad̄ ſuccedentes per t̄ra ſermonū ta  
heatur tantus hic labor. **U**inat igitur d̄nellū hoc charita  
tis q̄ iūm̄ iūribile vial; ut inortalis moreret̄ p̄ nobis.  
**D**em frustra h̄c ſperat̄ auctoria in tante i poſſibilitate ma  
ture. niſi deus et rationes ſharaū adſint; q̄bus deus paruit  
int̄ ab aliq; ut etia d̄i penit̄ret̄ eorū. q̄ parimū m̄nada  
ſpondent̄. quāuis penit̄re nō poſſit.

uix feminatū modū. q̄ nihil retinere noxat̄ abſconditū t̄mo  
ante garrulando m̄aſſeſat̄. q̄ ſat̄. aliq̄ de his extra cenō  
by lūm̄es p̄diderit; ſubgat̄ q̄uiffimā penā; ut doctrina la  
cendi doceat̄ in pena. **D**e vita multā ſanctorū  
patrum; quos in heremo reperit̄. **C**ap̄ x  
**E**ſſet̄ vobis q̄d̄ nō m̄n̄i iustitanda e oga quā  
audienda de aliq̄b̄ ſanct̄ ſim̄is viris; ut bonorū  
exempla obedēte humilitate q̄ carente in diſcoj  
ſarvatis ſervitū. in ſid̄ am̄to ſtultū q̄q̄ diſſim̄t̄ vānū.  
**U**at̄ m̄t̄us doceat̄; et reſta memoria geſtorū ſtorū vite re  
liquorū m̄ſeriat̄ et ſtultū. **D**ū igit̄ e heremorū contra ſapient̄  
am̄is ſtor̄ patres degentes ibide in terris velut in alio an  
geloſ aſſiſtentes aſſiduo labore ſtineris. arduisq̄ viciis m̄o  
modis. at̄erſiq̄ in m̄ueneris m̄lanitatib̄ pagrādo viſim̄t̄; de  
ſc̄i vira morib̄q̄ m̄m̄ſim̄ q̄ licet̄ t̄r̄e ipe eſſe i libellū q̄p̄q̄  
q̄ vobis ut lucerna. ſat̄ in candelabro ad mediantorū religioſ  
et vite; nihil itā arū ita ſtudioſum aſſectabat̄ a m̄d̄is q̄  
q̄ in eis qui iuberet̄ poſſet̄ m̄ueneri. **A**ſſeto nō m̄ra tantū  
charitate tantūq̄ humilitate quā ſite ille m̄t̄es habebat̄; ut  
adhuc arūſ ois laboris et q̄uodm̄s obit̄ ſtineris; heremicoſ  
humane nature tam deſcribibilis et m̄ḡm̄s in paradiso p̄u  
tate bene ſuertes. **M**itū auditi; ſi felix obit̄; ſi ſtorū  
hōm̄ oia charitas trāſſormauit̄ in reaturā d̄ſim̄s; ut  
caro penē t̄r̄ neſſa arūſ; hat̄ e ioh̄an̄e d̄nat̄; q̄ q̄d̄ eſt in  
m̄do. aut e t̄ d̄n̄i p̄ſentia odorū. aut t̄m̄p̄ſantia arūſ.  
ſi ſup̄bia vit̄. **N**am ſi ſimplicita et humilitate oia d̄ obit̄  
et humilitate m̄it̄ebat̄ reſiḡyō; ut q̄ ſi ſerda philoſophorū  
vidēt̄ in eis certifiat̄ op̄m̄io q̄ om̄a ponit̄ i h̄oib̄ m̄ueneris aīā

solam. Na abbates et pres nihil orno velle sciebant. nisi qd  
subdit: et subdit antea conabat iussa imple. qd foris emissa  
et absurdā quodammodo iudicis conabat ppheticē de voluntatis  
mandatis.

## De vanitate scientie mundialis. Cap xi

Sancta fatuitas q̄ natus ad labores hōies i mudo:  
mereris trāsichē ad gloriā creptos de penis. No  
hōr fatuitatē doctissimā athenis plato didicit: no  
aristoteles. no anaxagoras. no ceteronū stultorū mudi sapiētū  
turba pcepit. no certe miser ego hieronymū fatuorū sapiētū  
imitator: atq̄ scā ebria lucrenū q̄q̄ et meas miserias dete-  
gū. me atq̄ vicesimū ānū entis attingere: vobis romana  
in scām p̄legat magistrū in orbis pene liberabū artib?  
Modū scā scūs scholas mirantū: nodū acutis quēnse ad  
scē veritate potā. disiphnā. No academie. no certe romē  
huic dote fatuitatis resonauere gymnasia: q̄ scā reuiz heremū  
Verū no sine labore didisti tuā sapiām fatiā plato: quon  
mudū venie no poterat mudi sapiām insequere. p̄ diuisiōnē  
nationū et gentiū regionūq̄ pres in finitū exūmō i mūne  
risq̄ pagado laborib? Uerū in fatuissime respicere sine q̄ est  
sāmā bonū ad qd se nature mouebē inuento in orbe vnūso  
reperre finitū quē scā rustici hōr fugientes inuenere i heremū  
labyrinthis. Annde et tu fatuorū sapiētū p̄cepit aristoteles:  
et fueris absq̄ dubitatioe p̄digū grandeq̄ miraculū in tota nā:  
cū pene videt infūsum q̄q̄ naturaliter est capax humanū  
geniū qm̄ sapiētia mudi: stulticia q̄ apd deū si cōpūas no t̄p̄it.  
si intellectus no captiuat ad fidē. si et ad xpi seruitutē no mudi  
nat? Quē videtur est scandalū paganicū stulticiā nobis vero

**D**eprensus in mēbris produū cor  
pūs ad terram ex quā erit. tanq̄  
cuquis fronte senem. et uacire pene  
pedemū vester p̄dilectarū in domu  
no filiarū. et dūarū dūsa virgines  
sacratissime custochū et relique ad  
agm̄ nouas nuptias sub obedētia.  
pudicite paup̄rins. et religionis in domo dñi adiuuare  
proposito: minū sollicitat p̄ deuotionis et charitatis af-  
fectus? ut tremulenta manus sue paup̄er venustatis  
oblitā. deo viuendi no mudo spiritui no carui. et quod  
adiū ē no sibi norma et regulam ex chris et apostoloz  
vita collectā: et scōrum eā patrū anachoritarū. quos  
per septem annos heremou antra nitūens. no sine ad-  
miratione et infortunione reperit obseruationis et imitati-  
onis digno comendādam p̄mo i presentis libello edocet  
officio salam paratis mentis ad bonū: vcluti lingua  
iani dudū solebat voce no mortua. Vnde affectio: o de-  
siderū in dño comendādū: ut que desicente per senium  
et rōiem emat sine legua doctoris dicitur casu timetis. qui  
promphus ē. p̄sumptuose et no timide abulāns in via  
dei in qua tot latent aduersa. quot momenta sūt tēporū:  
exposat vā pietas. vt depicta sibi pericula et fomenta  
remediū amprensū produū sū ad malū i p̄mordio iuue-  
tutis rationalis et animalis animi. ac cernēs gradatur  
per nra. Vnde prudens cōsilū: vt pro voce scripturarū:  
et pro facultate trāscenti du masurū comūet. Vnde  
et sancta exhortatio: et y digna audibōnis beneficio.